



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Admonitio Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

---

# ADMONITIO

*Ad Lectorem.*

**C**Vm Precationum  
sequentium pars  
optima ex Soliloquijs,  
Manuali, & Medita-  
tionibus S. Augustini  
excerpta sit, propterea  
tria te monitum volui,  
Candide lector.

Primum, apud S. Au-  
gustinū Soliloquiorum  
duo genera reperiri.  
Alterum Tomo primo  
duo-

48 *Admonitio*

duobus libris absolutum. Alterum Tomo nono capitibus triginta septem comprehensum. Ac de priori quidem Opusculo dubitari non posse quin sit Augustini: quippe cuius in libris Retractionum meminerit. De posteriori verò maiorem esse controuersiam, cum illud alij Anselmo, alij alijs vindicent. Ego, quia passim sub Augustini nomine circumfertur, & quia Louanienses, Basileensesq. Censores, Bellarminus,

*Ad Lectorem. 49*

& alij Scriptorum Ec-  
clesiasticorum Tracta-  
tores vel Augustini, vel  
faltē Autoris in ipsius  
scriptis apprimè ver-  
fati esse contendunt;  
ideò fidenter Augusti-  
no adscribo: tametsi vi-  
tādi erroris causa prio-  
ribus Soliloquijs lite-  
ram A, posterioribus  
literam B, adiungo.

Secundū apud eun-  
dem Augustinum Ma-  
nualia item esse duo.  
Alterum Tomo tertio  
Operum ipsius ad Lau-  
rentium inscriptum.  
Alterum Tomo nono

50 *Admonitio*  
in triginta sex capita  
digestum. Ac de vtro-  
que idem pene, quod  
de Soliloquijs iudi-  
cium: nimirum id, quod  
Tomo tertio habetur  
certò esse Augustini:  
quod verò Tomo no-  
no continetur sub iu-  
dice, ac quæstione esse:  
videri tamen citatis  
Doctoribus vel Augu-  
stini germanam sobo-  
lem, vel certè alterius,  
qui ex Augustini sen-  
tentijs Opusculũ com-  
pilarit. Ego in his Pre-  
catiunculis vtrumque  
do Augustino: sed cum  
hac

*Ad Lectorem.* 91


hac leni distinctione .  
Quod enim Tomo ter-  
tio continetur , cum  
eodem Augustino En-  
chiridij græca voce re-  
tēta designo: quod au-  
tem Tomo nono ha-  
betur , cum alijs Ma-  
nuale latino nomine  
appello .

Tertium , quod ad  
Meditationes attinet ,  
vix eruditorum vlli vi-  
deri Augustini esse, sed  
vt plurimum repeti-  
tione constare eorum,  
quæ Soliloquijs B , &  
Manuali continentur .  
Sanè apud Anselmum

C 2 To<sup>s</sup>

52 *Adm. ad Lect.*

Tomo tertio habentur  
ad verbum nouē ipso-  
rum prima capita, &  
non plura. Quia tamen  
in libello, qui manibus  
omnium teritur, Augu-  
stini prænotantur titu-  
lo, nulli mouebo scru-  
pulum, sed cum vulgo,  
imò cum ijs, qui in  
Opera Sancti Augusti-  
ni retulerunt, eidem  
Sancto Doctori tribuã.



PRA-